

qd' dicitur **D**e ali' iudiciis eubordiani. i. m. v. e.
 con. t. t. m. o. i. p. r. i. g. u. e. x. p. i. e. s. t. **D**e panis q' sunt
 q' d' m. v. e. m. v. e. p. a. r. t. i. c. i. p. i. o. c. o. r. p. i. s. d. o. m. i. n. i. q' d'.
 q' n. v. n. u. s. p. a. n. i. s. e. t. v. n. i. c. o. r. p. u. s. m. u. l. t. i. s. u. n. t.
 o. m. n. e. s. q' u. i. d. e. v. n. o. p. a. n. e. z. d. e. v. n. o. m. i. l. i. u. p. a. r. t. i. a.
 p. a. n. i. **E** i. d. e. u. s. t. i. s. t. i. d. u. m. m. i. n. i. t. **P** a. n. e. q'.
 a. b. u. s. h. o. s. t. i. a. s. p. a. r. t. i. c. i. p. e. s. s. t. a. l. i. u. n. t. **D** u. e. q'.
 d. u. o. q. d' p. a. n. i. s. p. r. o. l. a. s. t. i. t. e. a. a. u. i. d. a. u. t. q. d'.
 p. a. n. i. s. i. t. a. l. i. q. u. i. d. **E** s. t. s. i. v. n. i. m. i. a. s. t. r. e. n. a. r.
 d. e. m. o. n. i. s. p. r. o. l. a. s. t. i. t. e. z. n. o. r. i. s. d. i. o. v. **P** a. n. i. s. e. u. d. e.
 v. n. o. s. p. a. n. e. s. i. e. t. d. e. m. o. n. i. o. r. **N** o. n. p. o. s. s. i. b. i. l. i. t. e.
 d. o. m. i. n. i. b. i. l. i. t. a. t. e. z. m. i. l. i. u. s. d. e. m. o. n. i. o. r. **I** s. t. d. e. m. p. a.
 t. e. s. t. i. s. m. e. n. s. e. d. o. m. i. n. i. p. a. r. t. i. c. i. p. e. s. e. s. t. z. p. a. n. i. s.
 d. e. m. o. n. i. o. r. **I** n. m. u. l. t. i. s. d. e. m. o. n. i. s. **I** n. t. o. q. u. i. d.
 f. a. c. t. i. o. n. e. i. l. l. e. s. u. n. t. **D** i. v. i. n. a. n. i. s. i. n. t. e. n. t. p. a. n. i. s.
 o. m. n. i. a. e. p. r. o. b. u. n. t. **D** o. m. i. n. i. m. i. l. i. t. e. s. v. n. o. o. u. i. c. i. a. s.
 s. u. n. t. **E** t. e. r. i. o. q. d' s. u. u. e. s. t. q. u. e. r. i. t. s. e. q. d' a. l. i. u. s.
D e. m. o. n. i. o. q. d' i. n. m. i. l. l. i. u. v. n. i. t. m. e. n. s. u. n. t. i. n.
 t. h. i. l. m. i. n. i. g. r. i. t. a. t. e. s. p. p. t. e. c. o. n. s. c. i. e. n. t. i. a. z. s. i. m. i. l. e. s. t.
 t. e. a. m. z. p. l. o. r. i. t. i. u. s. e. u. s. **D** e. m. o. n. i. s. q. u. i. v. n. i. t. v. n. o.
 i. n. f. i. c. i. l. i. u. a. d. c. o. m. i. e. t. v. n. i. l. i. s. n. t. o. m. n. i. q. d' v. o. l. u. n. t.



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

Institutionum Anatomicarum
DISPUTATIO XII.

De

PARTIBUS CONTI-
nentibus capitis.

Quam

D. O. M. A.
SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCH II,
Marcobrettani Fr., Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witebergensium Academia
defendendam suscipiet*

Samuel Stangius
Oldenburg. Frisius

Ad diem 26. Septemb. horis & loco notis.



WITEBERGAE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.
Anno cId Id CVII.

LIBRARIUM ANTONII
DE JURE T. A. T. O.
XIX

PARTE III

DE JURE T. A. T. O.
DE JURE T. A. T. O.
DE JURE T. A. T. O.

CAP. I
De Capite

Caput est venter superior corporis humani
globosus oblongus quatuordecim pedibus
longus et sex pedibus transversus. In
colli vertitur supra pedes et in
scapulas animalis
I. Caput dicitur quod ab inferis dicitur
et ab inferis dicitur quod ab inferis
dicitur quod ab inferis dicitur quod
dicitur quod ab inferis dicitur quod
dicitur quod ab inferis dicitur quod





DISPUTATIO XIII.
XIV. XV.

HActenus duas Regiones sive Cavitates inferiores naturalem & vitalem, animali famulantes, lustravimus; postulat nunc ordinis ratio, ut sacra Palladis arcem ingrediamur, & Regiam domum suo instructam Satellitio, sensuum quippe *αισθητηρι-
ois* describamus.

CAP. I.
De Capite.

Caput est venter supremus corporis humani, globosus, oblongus quadamtenus, geminis verticibus extumescens, ad utrumq; latus depressus, primæ colli vertebræ supra positus, ut sit domicilium facultatis animalis.

i. Caput dicitur, quod ab eo sensus initium capiant, Græcis κεφαλή δὲ πὶ ἐκευφῶος, à Cavitate, vel παρὰ τὸ κάρφειος quod est inarescere ut Apiani interpretes putat, vel à καλύπτω quod est operio, tego, alijs κάρα, κύρση κείρω, id est, tondeo, &c, & est totum id quod Collo super impositum prima vertebra terminatur.

A 2

2. In

2. In sublimi autem positum est, quia intellectum (ut Platonici volunt) tanquam reginam facultatum in sublimi attollere debuit, Alij dicunt ideo positum esse in sublimi, ut hic positus de fine nos commoneat, nempe de agnitione Dei & complatione. Nam ut Cicero inquit in 2. de nat. Deor. cum ceteras animantes natura abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi cognitionis & domicilij pristini conspectum excitavit, unde Poeta canit.

Os homini sublime dedit cœlumq; tueri.

Iussit & erectos ad sidera tollere vultus.

Gal. verò in 3. de us part. c. 3. hanc situs erecti causam eludere videtur, adducto exemplo piscis cuiusdam *εγνοσκόπος* dicti, qui oculū habens in vertice prater voluntatē semper intueri cœlū cogatur. cū homo reflexo in tergū collo duntaxat id facere queat, quemadmodū & prona animalia omnia. Ac propterea aliā rationē affert, quia homo mani⁹ instructus sit, quibus varia operetur & perficiat sive stādo, sive sedendo id quod nisi erecta sit corporis figura prestare non posset. Caput etiam non cerebri causa summo loco positum esse vult, cum cerebrum alibi etiam in corpore collocari potuerit, sed oculorum gratia, quos tanquam speculatores altissimum locū tenere oportuerit ex quo plurima circumspicientes fungerentur suo munere. Sed nos piam illam sententiam de erecto ad sidera vultu retinemus, & modum esse debere subtilitatum iudicamus.

3. Optimā a. figurā capitis Gal. similē facit sphaera circa aures & tempora nonnihil cōpressa, ut oblongior ante & retro fiat, à qua tanq̄ norma, quò longius cetera figura recedunt, eò sint deteriores cerebriq; structuram & temperiem vitiosam magis arguunt. Rotandū itaq; caput finxit natura, tū quia p̄fectissimo membro p̄fectissimā debetur figura, tū quia usib⁹ quib⁹ destinatū est caput, nempe conversioni, & circumspeditioni, rotūda figura maximè conveniens est, tum etiam ut caput tutius esset ab injurijs & periculis quibus expositum est magis, quam alia omnia corporis membra.

4. Magni-

4. Magnitudo quoque capitis moderata esse debet, cum & hac ventriculorum cerebri constitutione & spirituum animalium actione immutet. Nam in parvo nimis capite ob ventriculorum exilitatem spiritus liberè moveri ad obeundas anime actiones non possunt. Sicuti in capite magnitudinis modum excedente spiritus ob ventriculorum cerebri amplitudinem disiecti, ad munia sua coire & colligere nequeunt. Mediocriter tamen magnum caput laudat Galenus presertim si simul adsit figura concinnitas.

5. Causa diverse figure & magnitudinis capitis est cum materiae quantitas & qualitas diversa, tum virtutis formatricis robur vel imbecillitas. Etenim ex mediocri copia materiae pura, virtus formatrix valida, capitis figuram & magnitudinem optimam producit. Adjuvans tamen causa est industria nutricum quae diversa ligandi ratione infantum mollia membra, & capita imprimis in varias formas fingere possunt, ut de macrocephalis populis septentrionalibus scribit Hipp. qui capita infantum recens natorum manibus fasciis quibus ita constringebant, ut in longitudinem excreverent, quod eam capitis figuram pulchram esse putabant; unde & appellatio illorum hominum nata est.

Sed de his satis.

6. Capitis divisionem quod attinet dividi potest in duas partes in partem capillatam & in partem glabram. Capillata, quae *τριχωτος* calva dicitur; glabra vero *αγρωτος* facies nominatur. Calva quae *σκαφίον* Arist. hist. anim. dividitur rursus in anteriorem, posteriorem, mediam, & partes laterales. Anterior à fronte ad suturam coronalem sinciput dicitur: posterior suturam lambdoidam & primam colli vertebram occupat & occiput nominatur; Media pars gibbosa vertex dicitur, eò quod hoc in loco in gyrum capilli vertantur, (*wo der Wirbel/oder wie etliche wollen der Girkel ist*) Laterales inter oculos & aures sunt, & tempora latinis nominantur quasi etatis tempus & annos sua canicie & macilentia prodant.

Cetera partes rursus dividuntur in continentes & contentas. Continentes sunt duplices communes & propriae. Communes sunt cuticula cutis capillis iniecta, pinguedo, panniculus carnosus. Propriae sunt etiam duplices internae & externae. Externae sunt duae membranae scilicet pericranium, periostium & ossa. Internae sunt duae meninges, i. e. pia & dura mater. Contentae sunt cerebrum & cerebellum à quibus medulla, quae proprie qua extra cranium est, spinalis dicitur, à qua nervi tam in cranio, quam extra ipsum ortum ducunt. De his omnibus partibus nunc ordine agemus.

CAP. II.
De partibus Continenti-
bus Communibus.

I. Pili; & sunt Corpora ex superflua mate-
tia excrementosa tertiæ coctionis à calore nativo
adusta genita, in ea præcipuè parte, qua cutis raril-
sima est, & temperata.

1. Pili communi nomine cum totius corporis pilis, τριχες
propriè ἐθεῖραι, id est, Capilli, Persio Cirri à κείρω, id est, incido dicū-
tur. Capillorum autem tota congeries κόμη, χαίτη & δάχνη, id est,
coma juba crines vocatur. Viris à frequenti caesione, cesaries di-
citur, unde Casariatus miles. Fœminis ab ornatu coma, id est, ca-
pillus aliqua cum cura compositus.

2. Materia pilorum duplex, remota, & propinqua: Re-
mota est humiditas superflua, quam glandula recipere non pos-
sunt. Proxima est fuliginosus, crassus, terreus vapor, qui tertiæ co-
ctionis excrementum est.

3. Causa efficiens est calor natus moderatus, qui hos
fuliginosos vapores exsiccat, & foras in cutis spiracula pellit.

4. Forma pilorum, per accidentia quadam designari solet.
Variant enim pili crassitudine, tenuitate, duritie, mollitie, longitu-
dine, brevitae, rectitudine, crispitudine, multitudine, paucitate,
variant quoq; pro cutis qualitate, pro conditione partium quibus
adherent, sic etiam ratione ætatis.

5. Usus horum est. 1. ut sint ornamentum, 2. vestimen-
tum, id est, ut defendant partes contra frigus externum. 3. ut ex-
purgent partes ubi enascuntur, à fuliginosis excrementis.

Secundò, 1. Cuticula capitis crassior est, quàm ceterarum par-
tium.

2. Cutis

2. Cutis hic non adeò exquisito sensu pollet, ut in thorace & imo ventre, ratio quia in ceteris partibus adheret membrana nervosa; hic verò muscosa, ob quam rationem etiam pauca sub cute hoc loco invenitur pinguedo.

3. Donata est exilibus venulis, arterijs, & nervis, præterquam circa occiput.

Tertiò 1. Panniculus carnosus. Cuius mentionem supra etiam fecimus, qui Cuti potissimum circa frontem adheret; ibique crassissimus apparet. Hic interdum instar tendinis à musculis frontis ad musculos occipitis, & aurium percurrit. Ideoq; diligenter cavendum, ne portio huius panniculi pro pericranio sumatur, ut Fall. in obser. monet.

2. Vsustriplex. 1. ut Cranium à cute & cutis à cranio sine medio non tangatur, 2. ut Cranium per hunc panniculum sentiat 3. Ut per panniculum hunc dura mater Cranio suspendatur.

C A P. II.

De partibus Continentibus propriis.

1. Est Periostrum & Pericranium. De his duabus membranis inter Anatom. sunt variæ disputationes; Alij enim pro pericranio periostrum, alij periostrum pro pericranio sumunt. Nos cum Bauhino membranas hasce distinctas esse dicimus. Ideoq; pericranium est membrana mollis, tenuis, extrinsecus cranij os tegens, à dura menynge suturas cranij transeunte enata, ut habet Gal. 8. us. par. 9.

Periostrum verò est membrana nervea, tenuissima ossibus extrinsecus validissimè adharens, exquisiti sensus, cuius beneficio non cranium duntaxat, sed omnia ossa sentiunt, ut habet Arist. 3. de hist. anim. 13. Usus harum membrandarum est, ut Cranium defendant, & crassam menyngeum cum cerebro suspendant.

Secundò

Quoties sit

Secundò est Cranium de quo in Osseologia.

Tertiò Meninges cerebrum tegentes Græci μενίγγες Erasistratus Πιπρωγίδης: Pollux ειλαιίδης: Arabes matres vocant. Sunt autem duplices dura & crassa, tenuis vel pia, illa superior; hæc inferior.

1. Membrana dura sive crassa quantitas, & figura omninò cranio proportione respondet. Nullus enim in eo reperitur sinus, nulla cavitas, quam membrana hæc non impleat.

2. Est omni parte sibi continua, licet secundum crassitiem dividua sit, ita ut omni ex parte duplex spectetur: interius tamen candida & aqueo humore magis oblita. Hinc fit ut nonnulli duas statuerint meninges crassas, quod sanè nobis non probatur. Nam quævis membrana hoc pacto duplex esset, cum etiam tenuissima membrana ad sensum dividua sint.

3. Basi quidem Cranij omni ferè ex parte adheret firmiter, à superiori autem cranij parte aliquantulum distat, licet fibras suas per suturas eius transmittat: Dicitur ferè quia propè glandulam pituitariam non adheret, distantia porrò à superiori cerebri parte necessaria est, propter cerebri dilatationem.

4. Septum ex sui reduplicatione in capitis vertice constituit, Cerebrum in dextrum & sinistrum dividens, sed ad dimidium cerebri duntaxat, & dicitur falx vel septum falci forme, (nomen habet à similitudine falcis, qua messorum utuntur.)

5. Quadrupliciter eadem membrana in posteriori parte, cerebellumq; à cerebro magna sui parte dirimit. Sinus, ex reduplicatione septum constituyente, oriuntur quatuor, instar rivorum sanguinem & spiritum vehentes, licet nec venæ sint, nec venas manifestè contineant.

6. Quatuor horum sinuum concursus λη & id est, Torcular dicitur, fitq; ad suturam lambdoidis principium. Nonnulli torcular uni sinui tribuunt, alij duorum concursui. Nobis eorum magis arridet sententia qui omnibus attribuunt.

7. Sinuum

7. Sinuum horum duo priores laterales sunt, oriunturq; ad basin occipitis, juxta latera suturae lambdoidis & magnum occipitis foramen. Desinunt in sutura lambdoidis principio ubi coeunt ambo in Torculari.

8. Tertius ex coniunctione duorum priorum oritur, ad suturam lambdoidem. Hinc per capitis longitudinem sub sagittali sutura delatus, ad narium ossa abit, vocariq; solet communiter vena.

9. Quartus similiter ad duorum dictorum concursum apparet, progrediens inter cerebrum & cerebellum, ita ut clunibus cerebri finiatur. Tantum de dura matre.

Convexa crassae menningis superficies, ut resectae parti Calvae suberat, cum ternis sinibus, & torculari conspicua.



a. Coalitus duorum sinuum, Torcular nuncupatur.

b. c. Sinus bini laterales sunt, qui exorsi à sexti conjugij nervorum cerebri foramine sub occipite feruntur usq; dum coalescant, quod fit in elatissima cerebelli sede, qua id occipitis os contingit.

d. d. Venae in duram cerebri membranam sparsae sunt.

e. Tertius sinus.

Hæc Figura quartum sinum, ceteros autem dissectos exhibet, propter orificia vasculorum, quæ ex omnibus finibus quaqua versus educuntur.



a. b. Bini sinus laterales.

c. Coalitus duorum sinuum.

d. Quartus sinus.

e. Tertius sinus.

B

10. Pia

10. Pia mater sive tenuis membrana *μενοειδης* Grecis dicitur membrana est tenuis, exquisiti sensus cerebrum, eiusque partes obtegens.

11. Hec membrana externas non duntaxat ambit partes, sed & anfractus cerebri, usque ad ventriculorum cavitatem internam ingreditur. Continet ac constringit cerebrum, ne extrorsum diffluat, vasa quoque ipsa ligat.

12. Duas autem membranas non unam natura obsequentes rationes construxit. Nam si tenuem solam effecisset, fieri certe non potuisset, ut citra noxam cum cranio ipsa consuesceret: sin vero crassam, cerebrum ipsum augetur. Ut igitur neque cerebrum, neque eius operimentum quicquam paterentur, prior quidem tenuis meningis post ipsam autem crassa locata est. Quae quanto osse est mollior, tanto tenui est durior. Quanto autem haec tenuis est mollior, tanto tenui cerebrum est mollius. Duobus igitur medijs usa natura cranium & cerebrum paucis intervallo inter se sine offensione ac tuto junxit.


13. Ultimò vulneratis hisce membranis atrox dolor sequitur, cum assiduo vomitu, febre, & delirio, nonnunquam & stupor sensuum accidit, veluti in Apoplecticis. Graviores haec symptomata sunt, quando cerebrum ipsum est laesum, & quidem altius in cerebri ventriculos vulnus sit inflictum.

Tantum de continentibus partibus.

Laus DEO.







de ut aliud videtur. fuit enim regis de fronte
Primo offensio est in videri et gontibet. Zende
fuit de fuit et ego p omni omnibus placeo. no
iudis quod in velle est f. qd' multib. et f. p.

iii. fuit Dupli m. d. e. m. m.

It. itantes mei est. fuit et ego xpi. Inuo
aures vos fuit. qd' per vna memorat. est
et fuit bndi vobis. p. v. p. m. m. t. t. t.
Solo aut vos fuit. qd' omni vni caput xpi.
est caput. it muliere. et caput vobis xpi. et
Doms. omni. et. p. l. et. m. v. l. a. t. o. a. p. p. t. e.
Duxit caput fuit. Doms. et mulier. omni. a.

It. tantes non velle. caput. Duxit caput fuit.

Dum est em. a. f. d. t. h. u. s. Ram. si non

velit. mulier. et. v. d. e. t. et. i. v. o. s. f. u. p. i. e.

mulier. et. mulier. a. t. m. l. u. m. v. l. o. t. a. p. u. t. f. u. i. t.

It. mulier. non. v. l. e. t. v. l. a. n. e. a. p. u. t. f. u. i. t. q. u. i.

magis est. et. g. l. i. a. m. i. t. i. b. u. s. et. g. l. o. r. i. a. m.

vni. It. om. em. v. n. e. t. m. u. l. i. e. r. e. s. m. u. l. i. e. r. e. s.


vno. It. non. est. a. n. t. h. u. s. v. n. i. p. o. t. e. m. u. l. i. e. r. e. s.

Et. fuit. et. p. t. e. v. n. i. t. i. s. s. e. t. m. u. l. i. e. r. e. s.

It. mul. et. p. t. e. v. n. i. t. i. s. s. e. t. m. u. l. i. e. r. e. s.

It. mul. et. p. t. e. v. n. i. t. i. s. s. e. t. m. u. l. i. e. r. e. s.

It. mul. et. p. t. e. v. n. i. t. i. s. s. e. t. m. u. l. i. e. r. e. s.



B.I.G.

Farbkarte #13



Anatomicarum
 TIO XIIII.

S CONTI-


s capitis.

am
 M. A.
 RESIDIO

NOBLOCH II,
 ;, Med. & Phil.D.

rgensium Academia
 lam suscipiet

Stangius
 rg. Frisius
 ab. horis & loco notis.

()
 ER GAE,

per Iohan. Gorman.
 Id CVII.

